

utentes baptismo per aquam moriun-  
tur. Quod nulli accidit tunc. nisi qui  
præter arcum fuit. Certum manifestum  
est id quod dicitur in ecclesia intus & fo-  
ris. In corde non in corpore cogitandū.  
Quando quidem omnes qui corde sunt  
intus in arce unitate. per eandem aquā  
salui fiunt. Per quam omnes qui corde  
sunt foris. siue etiam corpore foris sunt  
siue non sint. tanquam unitatis ad-  
uersarij moriuntur. Sicut ergo non  
alia sed eadem aqua & in arce posita  
saluos fecit. & extra arce posita inter-  
mit. Sic non alio sed eodem baptismo &  
boni catholici salui fiunt. & mali catho-  
lici uel heretici pereunt. Quid autem  
beatissimus cyprianus de catholica sen-  
tuit. & quomodo eius auctoritate peni-  
tus obterantur heretici. quamquam  
multa dixerim. seorsum tamen si dñō  
placuerit aliquanto uberius atq; ma-  
nifestius dicere statui. Cum prius de  
concilio dixerō que debentur a me puto.  
quod in dī uoluntate sequenti uolumi-  
ne adgreder. **EXPLICIT LIBRVS.**  
**INCIPIT LIBER VI.**

**P**OTERAT IAM FORTASSE  
sufficere. quod totiens repetitis  
rationibus. & multipliciter disputando  
uersatis atq; tractatis. Ad iuncta etia  
diuinarum scripturarum documentis.  
& ipsius cypriani tot testimonis  
suffragantibus. Jam etiam corde uerbi  
coris. quantum existimo intellegunt.  
baptismum xpi nulla per uersitate  
hominis siue dantis. siue accipientis.  
posse uiolari. Nec ob aliud illis tem-  
poribus quando ista questio contra  
utilem consuetudinem disputationib.  
salua caritate atq; unitate altercu-  
tibus discutebatur. Usus est qui-  
busdam etiam egregis uiris antistib.  
xpi. Inter quos præcipue beatus cypri-  
anus aminebat. non esse posse apud  
hereticos uel schismaticos baptismū  
xpi. nisi quia non distinguebatur  
sacramentum ab effectu. uel usu  
sacramenti; & quia eius effectus atq;  
usus in liberatione peccatis & cordis  
rectitudine apud hereticos non inue-  
niebatur. Ipsum quoq; sacramentū  
illud non esse putabatur; sed conuer-